



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XVIII. Die vorstehende Urkunde nochmals.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

principum bone recordacionis marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, ex mera nostre mentis benivolentia appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus altari, in honorem beate marie virginis dedicato, in ecclesia parochiali ciuitatis nostre kyritz sito, per discretum virum Borkinum ciuitatis predictae ciuem dotato seu fundato, in villa karintzowe III choros siliqinis annui pactus et III libr. denariorum brandenburgensium in precaria ibidem nec non III^{or} talenta denariorum brandenburgensium eorundem in moneta ciuitatis antedictae kyritz, ob id, vt frequentius cultus diuinus ob fidelium memoriam peragatur, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pertinenda, addicientes vero, si transpositionem vel mutationem monete ciuitatis predictae redditibus dicti altaris preiudiciale fieri contingeret, ex tunc alibi eidem altari tot redditus, quod sibi occasione mutationis predictae deperirent, appropriare tenebimur et debemus. In cuius testes Eck, husener, pincerna, magister coquine, helbe, milites, wedel senior et gerardus wolf. Datum kiritz, anno M^o CCC^o XLIII^o, sabbato post agnetis.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 19 a. Nr. LIII.

XVIII. Die vorstehende Urkunde nochmals.

Nouerint vniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani Imperii archicamerarius, Comes palatinus Renj, Bauariae et Carinthiae dux, Tyrolis et Goericie comes, pretendentes salutare remedium animarum magnificorum principum bone recordacionis marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum, ex mera nostre mentis benivolentia, appropriauimus et presentibus appropriare decreuimus altari, in honorem beate marie virginis dedicato, in ecclesiaque parochiali ciuitatis nostre kyritz sito, per discretum virum Boerdekinum, ciuitatis predictae ciuem, dotato seu fundato, in villa karintzowe duos cum dimidio choros siliqinis annui pactus et duo cum dimidio talenta denariorum brandenburgensium in precaria ibidem, nec non quatuor talenta denariorum brandenburgensium eorundem in moneta ciuitatis antedictae Kiritz ob id, vt eo frequentius cultus diuinus ob fidelium memoriam peragatur, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus pertinenda, addicientes vero, si transpositionem vel mutationem monete ciuitatis predictae redditibus dicti altaris preiudiciale fore contingeret ex tunc alibi eidem altari tot redditus, quot sibi occasione mutationis predictae deperirent, appropriare tenebimur et debemus, Transferentes eiusdem altaris Jus presentandi in plebanum eiuitatis nostre predictae, qui pro tempore fuerit uel in posterum per nos aut heredes nostros ad eiusdem ciuitatis nostre kyritz ecclesiam parochialem presentatur, sic quod ad ipsum altare quotiens vacauerit personam idoneam nostro beniuolo cum fauore poterit presentare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero huius sunt strenui viri Johannes de husen, Camere noster magister, Wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Bertoldus de Ebbenuosen, coquine nostre magister, Otto de helbe, milites hasso de wedel senior, et Gerkinus wolf, Curie nostre iudex, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Kiritz, Anno domini M^o CCC^o XL^o quarto, sabbato ante diem sancte agnetis virginis.

Nach dem auf dem Rathhause zu Kyriz befindlichen Original. Es ist diese Urkunde hier zwei Mal, erstlich aus dem Copialbuche der Leipziger Rathsbibliothek, dann nach dem Original abgedruckt worden, weil es mir von Interesse zu seyn schien, hier durch ein recht einleuchtendes Beispiel, wozu sich

darin Gelegenheit bot, zu zeigen, wie wenig auch von den besten gleichzeitigen Copialbüchern, wozu jenes allem Anschein nach gehört, eine sehr sorgfältige, bis ins Einzelne gehende Genauigkeit zu erwarten ist.

XIX. Markgraf Ludwig verzeiget dem Katharinen- und Marien-Magdalenen-Altar zu Kyritz seine Hebungrechte in mehreren umliegenden Dörfern, im J. 1344.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc. Ob iugem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum brandenburgensium, perbone recordationis predecessorum nostrorum, appropriauimus et appropriare decreuimus altari exulum, in ecclesia parochiali ciuitatis nostre kiritz sito, in honorem beati katherine virginis et sancte marie magdalene dedicato VI choros filiginis, vnum chorum ordei cum III modiis ordei et unum talentum denariorum annuorum reddituum in villis & villarum curiis subsequentiibus, situatos videlicet in villis tetze, in parte aquilonari, in curia heinrici scheper, III modios filiginis cum duobus solidis denariorum brandenburgensium, in curia nycolai wurthuon totidem, in parte australi in curia arnoldi rossowe I chorum filiginis, in curia arnoldi scheper III modios filiginis cum II solidis denariorum predictorum, in curia heinrici rudolfi totidem: in curiis cozzatorum VIII solidos denariorum. In villa borntin, in parte aquilonari, in curia konekini kerchof I chorum filiginis, in curia ditnari Schoenermarke totidem, in parte australi, in curiis amborum spegelhagin in cuiuslibet curia diuisum I chorum filiginis. In villa wucech, in parte aquilonari, in curiis dicti Scharchow III modios ordei & in curia relicte wadinschinkels totidem, in parte australi, in curia henningi woborghes I chorum filiginis & III modios ordei, in clare III modios ordei, in curia ludokini wadinschinkels VI modios ordei, in curia grouen III modios ordei, in curia mauricii righen I chorum filiginis cum III modiis ordei. In villa machowe in curia hen. franken I chorum ordei, in curia konekini de ostede I chorum filiginis cum omni iure, sine inquietacione seu impedimento quolibet perpetuis temporibus quiete & pacifice pertinenda, Renunciantes etc. In cuius etc. Actum kiritz, presentibus Tek, Johanne de buech, wolfsteiner, hufener, magister coquine, helbe cum ceteris. Datum vero brandenburg anno predicto, sabbato post festum purificationis.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 20 a. Nr. LVII.

XX. Markgraf Ludwig verleihet einem Bürger zu Kyritz Hebungen im Dorfe Rube, im J. 1344.

Nos Ludovicus etc., Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod discreti viro borekino, ciuitatis nostre kiritz ciui, suisque etc., contulimus & presentibus conferimus, debito pheodi iure et titulo, VII mansos sitos in villa rube prope kiritz, cum omni iure, commodo, fructu, liberos ab omni precaria et curruum seruicio, et absque omni onere reali vel personali pacifice possidendos. Proinde nobis dictus hortekimus ipse & pro suis heredibus omnimode satisfecit iuxta nostre libitum voluntatis. In cuius Testes: buch, magister coquine, helbe. Datum kiritz anno ut supra, feria IIIa ante purificationem.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 20 b. Nr. LX.